



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXXIV. De Avaritia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. LXXXII.

De Assertionem vel Assertionem. Laudatione, Commendatione. v. inf. Enunciatio.

Axioma I.

Afferere quis facile non debet, quod ignorat. l. 3. §. quid tamen 3. de Al. Emi. Hunc locum laudat & ad artifices trahit Cuiacius in recitat. ad tit. Cod. de op. publ. quomodo autem differant Consilium, Commendatio, Adfirmatio, Adseveratio etiam ratione obligationis, vid. May. lib. 3. Jur. Lubec. tit. 10. art. un. per tot. add. infra in voce consilium.

II.

Assertionem haud jurata non creditur, Carpz. i. conf. 63. num. 21. nisi sit geminata, nam haec idem operatur sicut si fuisset jurata, Felin. cap. si cautio. num. 36. de fid. instrum. Ceph. conf. 35. num. 11. Marfil. in l. 1. §. quaestione. num. 2. de quaest. & l. 1. num. 38. C. ad Leg. Corn. de sic. quod tamen eatenus verum, quatenus assertio contra assertentem citatur.

III.

Quotiens actus obscurus est, qui in nudo animo gerentis consistit, declarationi & asseverationi agentis jurata standum, Bart. in l. 88. n. 17. de acq. hered. Johan. Plot. in l. 1. §. quando. §. 29. n. 3. C. unde vi. Hartm. Pist. observ. 136. Cravett. conf. 179. & Carpzov. p. 3. conf. 14. def. 22. n. 4. & seq.

IV.

Asseverandum nihil est sine juris auctoritate cap. is qui in Ecclesia 18. in fin. pr. de sent. excomm. in 6. Hartm. Pist. p. 2. quaest. 13. num. 35. erubescimus enim sine lege loqui, Novell. 18. cap. 5. vers. sed qui non hoc Franc. Viv. decis. 358. num. 4. Jaf. in l. pres. per provinciam 12. num. 3. vers. unde erubescimus. C. de transact. Hier. Schurff. cent. 1. consil. 32. num. 2. Wesl. conf. 2. n. 1.

CAP. LXXXIV.

De Avaritia.

Axioma I.

Avaritia est radix & mater omnium malorum, praesertim si non privatorum sed judicum animis inhaeret, N. 8. pref. & §. 1. imò mater idolorum. Fulgos. conf. 6. in fin. & ideo merito legitimis feriendis ictibus. l. 33. in pr. C. de inoff. testam. Avarus enim est insatiabilis, cui totus mundus non est obolus, cap. sicut 8. distinct. 47. (2) rapax d. c. sicut 11. (3) cecus cap. avaritia. 5. de elect. in 6.

II.

Nihil accipere inorosi, omnia avari est l. 6. §. 3. de off. procons.

Auditus vid. Infra testis de auditu lib. 18. cap. 15. axiom. 24.

CAP. LXXXV.

De Augmento. vid. Accessio. Incrementum.

Axioma I.

Augmentum non facit desinere rem esse eadem.

Hanc regulam cum 7. declarat. ponit Albertus Brun. in tr. de augmento. & dem. fol. 7. vers. 4.

II.

Augmentum debet esse ejusdem qualitatis cum suo principali, cui accedit, l. etiam si. 8. C. de jure dotium. l. 3. ff. eod. l. inter socerum 26. ff. de pactis dotalib. l. si convenerit 18. §. si nuda. ff. de pignorat. act. l. si ex toto 8. in pr. l. quod in rerum 24. §. si quis 2. ff. de leg. 1. Barthol. Perert. ad extravag. ambitiose, de rebus Eccles. non alienand. pag. 93. num. 22. Bald. conf. 407. In quaestione. nu. 3. vers. dicit aliquis, lib. 1. ubi quod idem jus statuitur in augmento, quod in principali aucto, Tiraquell. de retractu lig. §. 1. gloss. 18. num. 51. & 52. ubi ait: Augmentum esse ejusdem naturae, & eodem jure regi, quo primum regebatur, cui erat additum Barbosa ad c. novit ille 1. n. 4. Ne sede vac. Anchar. conf. 437. Ista sententia, num. 3. ubi ait, quod si territorium, seu comitatus civitatis augatur, castra, quae uniuntur, confunduntur in tantum, quod idem juris est de augmento, quod de aucto, quando simpliciter, & non secundum quid sunt unita, Josephus Sesse Aragoniae decis. 124. num. 28. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 1. concl. 555. §. num. 1. Rot. decis. 94. n. 3. apud Favrin. p. 2. recent. ubi dicitur quod augmenti idem juris ac rei auctae, & ibid. decis. 72. n. 4. id intelligitur, ubi non urget diversa ratio. Fular. de substit. q. 52. n. 6. Anell. Amat. con. 23. n. 4. conf. 59. n. 9. (Hinc est ut si jure simplicis locationis quis fundum possideat, eodem jure & alluvionis incrementum consequi possit. gl. in l. legem. C. locat. & sequitur cum Bapt. Aym. Parmens. in tr. de alluv. lib. 2. c. 16. num. 18. Carpz. i. conf. 45. n. 13.)

Limita in feudo, quia augmentum, quod fit feudo per vasallum, si potest separari a feudo, non est feudale, sed ejus, qui auxit, c. 2. §. 1. de invest. de reb. al. fact. 2. §. 8. Alex. conf. 44. Visa fact. n. 8. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 555. n. 4. 5. & 6. restringentes quando augmentum non potest separari, vel quando non potest sciri, neque probari, quia tunc neque separari potest; igitur neque tanquam separatum judicatur, sed feudale (Plures amplia-